

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria eterna r
cum fonte primo

Si consideremus,
que et quanta sunt que sanctis dabuntur in die iudicii,
que et quanta sunt que nobis promittuntur in celis,
uilescunt omnia que habentur in terris.
Terrena namque substantia superne felicitati comparata pondus est, non subsidium.
Temporalis uita eterne uite comparata mors est dicenda potius quam uita.

Que lingua uel quis intellectus capere sufficit illa superne ciuitatis quanta sint gaudia,
angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere,
presentem Dei uultum cernere, incircumscriptum uidere,
nullo mortis metu affici, incorruptionis munere letari?

Augustinus in encheridion.

Si consideremus,
fratres carissimi,
quae et quanta sunt quae nobis promittuntur in caelis,
uilescunt animo omnia quae habentur in terris.
Terrena namque substantia supernae felicitati comparata pondus est, non subsidium.
Temporalis uita aeternae uitae comparata mors est potius dicenda quam uita.
Ipse enim cotidianus defectus corruptionis quid est aliud quam quaedam prolixitas mortis?
Quae autem lingua dicere, uel quis intellectus capere sufficit illa supernae ciuitatis quanta sint gaudia,
angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriae conditoris assistere,
praesentem Dei uultum cernere, incircumscriptum lumen uidere,
nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuae munere laetari?

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 37, 1 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.348, ll.1-12).